Quelle: https://manuscripta.at/?ID=40188
Copyright: Melk, Benediktinerstift



maiestate aeternae tuae. Iuro autem
gratias ago tibi pro tanta et
ineffabili charitate filii tui dni nri ihu
xpi. et ipsius gloriosa genitrice eius sta
maria. Deus qui te carne assumpsit pro
nostra salute. Gratias tibi ago pro
passione et cruce eius. et pro morte
et resurrectione eius. pro ascensione
eius in celum. et sede maiestatis eius
ad dexteram tuam. Gratias tibi ago pro
illa sanctissima effusione preciosi san
guinis eius quo cotidie in cena pasti
mur et potamur. abluimur et sanamu
mur. atque vnus quisque dignitatis
principes efficimur. Gratias tibi ago pro
hac tanta et tam mirabili caritate
tua. qua nos indignos sic amasti
et salvasti. per vnum filium tuum dnm
nostrum ihum xpum. Gratias tibi ago